

1737.


1. Albinus, Jo. Henricus: De iure dicasteriorum.  
2. Bestiellorum, Gkkt. Chirurg: Ord. iur... Decanus: Lectio  
binoculo s. p. v. (ad Disputationem Johannis Christophae  
Ludwici invitat.)
3. Bestiellorum, Eckmann Christianus; Ord. iur... Decanus:  
(ad Disputationem solitam Christiani Gottlieb Seebach  
invitat.)
4. Brader, Henricus: De perjuro judiciale jura mentium  
non differente.
5. Brader, Henricus: De valida matrimonii confessione  
a marito facta.
6. Claudio, Georg. Christopher: Linguae reformatiois  
photographicae Wulffianae de definitione photographiae
7. Crelles, Christopher Ludovicus: Observations de probationum  
bonae mentis.
8. Crelles, Christopher Ludovicus: De bonis receptis ex cori  
testamento paterno constitutis.

9. Crotius, Christph. Ludovicus : De senatoribus et qua  
bonis ex eorum factis circa fas trahatur?
- [9] Batinellius, Gott. Christianus Ord. ias... Decem  
lectori beneficiis 3. 10. 1. (ad Descriptionem Vallum  
dubius entitulum der  
Iherius Christopheri Leuchs instat) mit No. 2 identisch
10. Crotius, Christph. Lwv : De vasallo ad imperio i' famus  
decoris factis et in iustitiam obligatis.
11. Crotius, Christ. Lwv : Fas multis auxiliis apud  
gentes liberas et in I.P. imperio.
12. Crotius, Christph. Ludovicus : Annum curator absentis  
heredes regae propinquos a successione excludat.
13. Crotius, Christph. Ludovicus : De iuris novis  
factis expresso
14. Hoffmannus, Dr. Gartrellius : De laboris artis Aplo  
matical
15. Hoffmannus, Dr. Gartellius : Fides, quae i' spe-  
catores Romanum cum Francis ante tempora Chlo-  
rensi fecerunt.


16. Kraus, Dr. Gottfried, Ord. iur. . . Decanus; Lectio  
benenndo s. p. I. (ad Reputacionem solennem Lutetiae  
Magistris invitata)
17. Kraus, Dr. Gottfried: Ord. iur. . . Decan: Lectio bene-  
dicto s. p. I. (ad Reputacionem solennem Francofurti  
Iustitiae invitata)
18. Kraus, Dr. Gottfried: Ord. iur. . . Decan: Lectio  
benenndo s. p. I. (ad Reputacionem solennem Francoforti  
Iustitiae Claviger invitata)
19. Kraus, Dr. Gottfried: De legato in debitum  
hanc compensante.
20. Leyserus, Augustinus: De usi privata
21. Leyserus, Augustinus: De usi publica.
22. <sup>a</sup> Leyserus, Augustinus: De inculpata tutela.
22. <sup>b</sup> Leyserus - Lepold: De criminis magistrorum.
24. Leyserus, Augustinus: De iurisdictione iuris iurantibus  
affectionibus et definitione ac in immensu.

- 24<sup>o</sup>: Mayer, Andreas: Phænomena Solis a Luna et  
Martii Lecti et Luna per umbram Telluris d' 16  
Martii abscuritate exponit. --
25. Menckes, Gottfr. Leidwicus: Ord. iuris consultorum -- Decanus  
(ad) Disputationem solennem Adam. Henrici Fleischer  
instat.)
26. Menckes, Gottfridus Leidwicus: Ord. -- iuris consultorum  
Decanus (ad) Disputationem solennem Gottfridus Leidw.  
Henrici Menckes instat.)
27. Menckes Gottfridus Leidwicus: Ord. -- iuris consultorum --  
Decanus (ad) Disputationem solennem Leonardi Leidw.  
Henrici Menckes instat.)
28. Menckes, Gottfridus Leidwicus: De paena privationis  
fieri in vasallum dabo vel negligenter investituræ  
renovacionem non petitatem legibus statuta.
29. Menckes, Leonhard Leidwicus: De criminis perdulcendo  
ratio ejusque paena.

30. Specht, Christianus : *Quando et quibus licet aliquem ob expensas non voluntatis a judicio arere.*
31. Specht, Christianus : *To praefectis nobis um  
iuricis*
32. Specht, Christianus : *De munitione, quae propter  
hunc natalem sermonem nostri dari solent.*
33. Sterckel, Christ. Gorpeus : *Bat. med. Decanus : In  
comitatu comunitate votae ... delinquit ac ad  
... dissertationem inauguralem Christianum Gorpel  
Immaculat inservat.*
34. Sterckelius, Christianus Gorpeus : *To comitatu altera  
natura*
35. Weidler, Dr. Botterus : *De Mercurio 8. II. Novbr. 1736  
sub sole 1730.*
36. Weidlerus, Joannes Gorpel : *De negotiis a palpa  
porrenaturae gestis evanque restitutione*







1737 2 3  
**ORDINIS IVRIDICI**  
IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI

H. T.

**DECANVS**  
**GEBHARDVS**  
**CHRISTIANVS**  
**BASTINELLERV**

SAC. REG. MAIEST. POLON. AC PRINC.  
ELECT. SAX. A CONSILIIS AVLAE CODICIS PRO-  
FESSOR PVBL. CVRIAEC PROVINCIALIS SENATUS  
ECCLESIASTICI ET SCABINATVS ASSESSOR  
ATQVE ORDINIS SVI SENIOR

**LECTORI BENEVOLO**  
SALVTEM PLVR. DICIT.

ORDINIS IURIDICI  
IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI  
H. T.  
DECANUS  
GERHARDUS  
CHRISTIANUS  
BASTINELLERUS  
SAC. REG. NAVIERI. LORON. AC PRINC.  
RECOL. SAX. A. CONDITUS AVA. CORDICIS BRE.  
LITERATORIAL. CHUR. THEATRICALISSESNTATIS  
ECCLESIASTICIS ET SCIENTIAS ASSESSOR  
ATOLAE ORDINIS SANI SENIOR  
RECTORI PENVOTO  
SVALTEM PLUR DICIT



**P**eruulgata res est, contractus, multis fraudibus, strophis ac fucis obnoxios, cautissime ineundos esse. Haud raro tamen euenit, ut omnes iuris cautelae inutiles sint, & frustra adhibeantur. Audiamus facinus aliquod memorabile, de quo collegium nostrum superiore mense consulebatur. In marchionatu superioris Lusatiae, nobili loco natus praedium suum, ob urgens aes alienum, alteri generoso uendiderat, eique creditores suos circiter significauerat. Emtor autem, huic priuato indicio non confidens, ad praecauendum diuerse sollicitus fuerat. Primum, emtionis uenditionis contractum, tam in suprema Budissinensi, quam in Gorlicensi praefectura, usitatis editis publicandum, atque simul omnes et singulos creditores, maxime hypothecarios, ut intra quinquenni-

X 2

um

um nomina sua profiterentur, citandos curauerat. Deinde ab eadem suprema praefectura Budissinensi designationem creditorum hypothecariorum fide dignam sibi experierat, eamque, ministrante illius Cancellaria, sine mora impetraverat. Porro uenditorem obtrinxerat, ut, interposita fide equestri, sub formula: *Bei Adelischer Treue und Caualiers Parole*: in contractu, scripto comprehenso, promiserit, se creditoribus suis hypothecariis intra quinquennium satisfacturum, et uenditum praedium omnibus hypothecis liberaturum. Denique partem pretii, donec quinquennium, perfectum esset, maioris prouisionis ac securitatis causa, retinuerat. Nihilo minus tamen emtori contingebat, quod *HORATIVS Serm. Lib. II. Satyr. 3.* eleganter canit;

*adde Cicutae*

*Nodus tabulas centum: mille adde catenas:*

*Effugiet tamēn baec sceleratus vincula Proteus.*

Praeterlapsò enim quinquennio, exsoluteque integro pretio, orphanotrophium Budissinense emtori litem intendebat, et ab ipso, tanquam possessore praedii, quingentos imperiales, cum residuis usuris, ex publico obligationis instrumento, et judiciali hypotheca, postulabat. Hinc disquirebatur, utrum emtori solutio huius debiti incumberet, an orphanotrophium pro praeculso habendum esset? Emtor ad factam emtionis uenditionis promulgationem, et edictalem creditorum hypothecariorum citationem, prouocans, urgebat, hunc securitatis modum publica auctoritate constitutum esse.

*Idem*

Idem excipiebat designationem iudicalem, in qua orphanotrophii, eiusque crediti hypothecarii, nulla mentio iniecta erat. Conquerebatur demum, uenditorem totum iam pretium accepisse, eumque, ad inopiam redactum, damnum datum neutquam resarcire posse. Contra ea orphanotrophii causam adiuuabat, quod non modo eius creditum uerum, iustum, ac liquidum esset, sed illud etiam, tanquam pia causa, infar minorum, beneficio restitutionis in integrum gauderet, neque credidores, ad indicanda nomina, sub iactura huius beneficii, citati fuerint. Cui iuris auxilio ipsa ordinatio iudicaria marchionatus Lusatiae superioris Part. VI. fauebat, per adiectam clausulam: *Jedoch*, da in einem und andern Fall genugsam erhebliche Ursachen, als: langwierige Abwesenheit, Minderjährigkeit, und dergleichen, angezogen und deduciret, soll der Kläger mit seiner Ausführung admittiret, und die Sache auf Erfänntniß gesetzet seyn. Ex illa nempe apparet, tantum absuisse, ut Summus Legislator beneficium restitutionis in integrum eis, qui isto communiter fruuntur, adimere uoluerit, ut idem potius saluum ac integrum reseruauerit. Obiiciebat quidem emtor, eti fauor piae causae maximus sit, hunc tamen in alterius perniciem detorquendum non esse, sed eo dirigendum, ne aliis iniustitia fieret. Orphanotrophium uero recte adsfirmabat, eum nemini facere iniuriam, qui iure suo utitur, & quadriennium, restitutioni in integrum praefinitum, ab eo demum tempore sibi currere incipere, quo administrator laedens e uita abierit, uel, postquam successor laensionis scientiam natus sit, adeoque praeclusionis inten-



tionem genuino destitui fundamento. Accedebat, quod orphanotrophium statim, non excusso prius administratore, in integrum restituendum esset, atque illud quidem, contra administratorem suum, ex culpa et negligentia, ad reficiendum damnum, agere posset, emtori autem nulla actio, aduersus eundem, ad praefestandum id, quod interest, concederetur. Tandem nefas erat, uenitoris et cancellariae Budissinensis facta omissionis, orphanotrophio noxae, fraudiu, futura, approbare, cum iniquissimum sit, alieno odio alium praegrauari l. 33. §. 1. C. de inoff. testam. l. 67. n. de fidei. His ira praestructis, quaerenti emtori propitio iure respondebatur, ab ipso, non attentis eius defendendi rationibus, orphanotrophii Budissinensis creditum, cum reliquis usuris, dependendum esse. Postquam uero supremae praefectureiae Budissinensis cancellaria hoc creditum in sua consignatione omiserat, et propterea emtor magnum in damnum incidebat, affinis quaestio mouebatur, annon illa emtorem indemnem praestare deberet? Obesse quidem uidebatur, quod emtor, quando ipse libros iudiciales, quibus instrumenta obligatoria et consensus iudiciales inseruntur, inspexerit, ac diligenter perlustrauerit, acceptum detrimentum euitare potuerit, cum ei horum librorum copia nunquam denegata fuerit. Idcirco cancellaria ad notissimam iuris regulam: *Damnum, quod quis ex sua culpa sentit, non intelligitur sentire, neque hoc aliis, sed sibi ipse, imputare debet.* cap. 86. de Reg. iur. in 6101.203. n. eod. quasi ad aram, confugiebat, atque instabat axiomati, quod doctores inde formant: *Damnificantem non teneri*

*generi, quando damnum habet admixtam culpam damnificari. Barbosae & Tabor. loc. commun. L. IV. Cap. I. a.v. 2. At enim uero, ut humana ingenia ad leuandam culpam suam plus nimio sunt facunda, & peccatum suum peccatis alienis exemptum, purgatumque eunt, nihil tamen hoc loco reperiebatur, quod crassae & supinae officialis iurati negligentiae praesidio esset. Si quid enim est in munere, quod, cum obseruari debuerit, omisso & neglectum fuit, hoc deperditum plane ac nimium securi hominis indicium est, & lata culpa omnino admittitur l. 1. & 2. C. Si tut. uel curat. non gesst. Quaeres mali exempli nullam habet sui excusationem. Neque uitio uertendum erat emtori, quod fidei iudiciali satis crediderit, eaque fretus, nixus, & magnopere confusus fuerit, cum auctoritas iudicialis tanta esse censeatur, ut omnem fraudis, laesionis, ac periculi, suspicionem excludat. Profecto iudici, de iis, quae in iudicio acta sunt, testimonium perhibent, tamdiu plena fides habenda, donec contrarium demonstretur. CARPOV. P. II. C. 34. D. 4. n. 3. PHILIPPI ad Dec. El. Sax. 3. Obs. i. Adhaec presumendum, quod officialis iuratus, memor religionis iuris iurandi, officio suo rite defunctus sit. Et iudicem insuper omnibus modis id agere oportet, ne cuius causa ex alieno facto deterior fiat l. 1. pr. π. de alienat. iud. mur. l. 22. π. de neg. gesst. immo maior culpa cum minore nequit compensari. Igitur sua sponte hoc in casu consequbatur, ut is officialis in cancellaria Budissinensi, qui creditum orphanotrophii hypothecarium in expedita consignatione praeterierat, ad damni inde dati reparationem obstrictus esset. Dubio etiam*

etiam carebat, ex defuncti officialis lata culpa, et si, lite nondum contestata, decesserit, heredem eius conueniri posse. *I. i. C. de hered. tut. vel curat. l. 4. n. de magistr. conuen.* Primario autem ad uenditorem pertinebat, eiusmodi creditum hypothecarium emtori suo in tempore manifestare. Cum igitur uenditor id non fecisset, et damnum principaliter intulisset, iustum et aequum erat, ordinem seruare, atque illum, eiusue heredem, ante omnia excutere, deinceps uero cum iurato cancellariae officiali, eiusue herede, experiri *arg. l. 38. §. i. l. 39. §. ii. n. de administr. et peric. tur.* Haec sunt, quae mihi, de praefatione quadam medianti, in mentem uenerunt. Nunc ad Candidatum nostrum, **IOANNEM CHRISTOPHORVM LENDRICH**, in Cancellaria Reg. Elect. et Martisb. Sax. Aduocatum immatriculatum, et ciuitatis Delitiensis Syndicum, transeo. Illum, in utroque examine, quod, summos iuris honores ambientibus, subeundum est, multa doctrina eruditum, plurimoque rerum usu exercitatum, cognouimus. Quare nihil remorabatur, quo minus honesti sui desiderii compos fieret. In tradenda Candidati uita, et studiorum ratione, ipsius uerbis uti licebit:

*Natus ego sum anno 1687. d. 30. Martii in uico, cui nomen est Neundorff, prope Plauiam Variscorum situ, obscuru quidem, honesto tamen loco. Patrem agnoui  
Nico-*

Nicolaum Lendrich, artis sartoriae magistrum, et ciuem Plauensem integerissimum, matrem autem, Elisabetham, natam Fischeriam. Hi parentes mei optimi, diu iam beate defuneti, me, annum agentem undecimum, scholae Plauensi considerunt, in qua, ductu praceptorum dexterrimorum, Irmischii, Cantoris, Wendleri, Con-Rectoris, Eckhardi, Rectoris, et huius successoris, Birckbahnii, tantos profectus feci, ut, anno 1707. optimo quocunque applaudente, in academiam aduolare potuerim. Contuli itaque me Lipsiam, ubi, in ciuim academicorum numerum, a celeberrimo Burchardo Menckenio, historiar. P. P. tunc temporis Rectore Magnifico, receptus, primo philosophiae studium, praeceunte Ienichio, sectatus sum, postea autem totum iuris prudentiae me tradidi, et ICTos, academiae eo tempore ornamenti, Philippum, Schellum, Schacherum, in primis autem consummatissimum B. Lüderum Menckenium, sedulo audiui, et sub hoc

XX

ultimo

ultimo, totum cursum, quem vocant, iuris  
absolui, et, quicquid in iuris scientia profeci,  
ei me debere, ingenue fateor. Finitis his re-  
citationibus theoreticis, ad praxim animum  
applicui, qua in re, posteaquam prima prin-  
cipia a Conrado Stieglizio, causarum patro-  
no non infimae notae, hauseram, proficiendi  
commodam nactus sum occasionem, cum D.  
Thomas Wagnerus, circuli Lipsiensis tunc  
praefectus grauissimus, hodie Potentissimo  
Regi nostro a consiliis commissionum, vir,  
quem, iam morbo graui conflictatum, Regi  
ac bono publico diu adhuc superstitem omnes  
boni exoptant, me non solum gratuito con-  
uictu, per aliquot annos, patris instar libe-  
ralissimi, exciperet, sed etiam acta perludi-  
strandi, causarumque patronos audiendi, co-  
piam faceret, imo sua manuductione et  
consiliis fidelissimis adiuaret: Quae benefi-  
ciorum genera grata mente, dum uiuo, recor-  
tere non desero. His itaque subsidiis instru-  
ctus, ante omnia legi Saxonicae satisfacien-  
dum

dum esse duxi. Hinc, mense Februario; anno  
1712. examen pro praxi, apud inclytum ordi-  
nem ICtorum Lipsiensium, subii, et, eodem  
anno, a Rege Potentissimo causas in foro  
agendi facultatem adeptus sum. Annis ita-  
que sex Lipsiae peractis, amplissimi Wagne-  
ri, aliorumque, commendatione, a Delitien-  
si senatu mihi munus poligraphi, quod ante  
annos undecim syndici officium secutum,  
anno 1713. demandatum est, quo adhuc, Dei  
gratia, perfungor.

Reliquum est, ut Candidatus noster dissertatio-  
nem suam inaugurealem de Senatoribus, et quatenus ex  
eorum factis ciuitas teneatur, publico eruditorum ex-  
amini submittat. Hanc, crastino die Veneris, sub  
Praesidio Viri Magnifici atque Excellentissimi,  
**CHRISTOPHORI LVDOVICI CRELLII,**  
*Instit. Iustin. Prof. Publ. Curiae prouinc. et Scabinatus,*  
itemque ordinis iurid. Affessoris, in auditorio maiori,  
horis ante et post meridiem consuetis, habebit. Ut  
igitur Magnificus Academiac Rector, Illustrissimi Comi-  
tes, Perillustres Liberi Barones, Patres conscripti, Proce-  
res, Ciues, bonarumque literarum Fautores, ac ho-  
spites,

spites, omnium ordinum honoratissimi, celebritatem  
hanc solemnam praesentia sua honorifica splendidior-  
rem reddere uelint, ordinis nostri, et candidati, meo-  
que nomine, maiorem in modum oro et obsecro.  
Dabimus operam, ut, precibus nostris locum relicturi,  
intelligatis, summo nos beneficio uestro deuinctos  
esse, eoque nihil gratius, nihil iucundius, nobis  
accidere potuisse. P. P. die 31. Ianuarii.

A. R. S. cl 10cc XXXVII.

VITTEMBERGAE  
LITERIS SCHEFFLERIANIS.

CHRISTOPHORI LAUDOACI CRISTI  
Praesidio. Alii Magdeburgi sibi excollegerunt  
multa laudaria. Hinc glorioso eius excollegerunt  
coram famulis suorum pupilioe orationem ex-  
tempore cantare. Namque illi uocis suae uocem, tunc  
multa laudaria. Hinc glorioso eius excollegerunt  
coram famulis suorum pupilioe orationem ex-

Wittenberg Diss. 1737


W.W.



56.



B.I.G.



1737 2 3  
ORDINIS IVRIDICI  
IN ACADEMIA VITTEMBERGENSI

H. T.

DECANVS  
GEBHARDVS  
CHRISTIANVS  
BASTINELLERV

SAC. REG. MAIEST. POLON. AC PRINC.  
ELECT. SAX. A CONSILIIIS AVLAE CODICIS PRO-  
FESSOR PVBL. CVRIAEC PROVINCIALISSENATUS  
ECCLESIASTICI ET SCABINATVS ASSESSOR  
ATQVE ORDINIS SVI SENIOR

LECTORI BENEVOLO  
SALVTEM PLVR. DICIT.

